



Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum
Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ
Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus de Conscientia, de Legibus, de Peccatis, de Virtutibus
Theologicis, de Religione, & Beneficiis. Adjunctis in hac editione
Propositionibus ad hanc usque proscriptis

Antoine, Paul-Gabriel

Ingolstadii, 1734

VD18 90392140

Q. 4. An peccata commissa ex prava consuetudine, quam quis emendare
non curat, æquivalent peccatis malitiæ?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40986

natum. Omnia verò, cæteris paribus,
ex suo genere gravissimum est peccatum
ex malitia, quia omnium maximè volun-
tarium, & liberum est.

Q 4. *An peccata commissa ex prava con-
suetudine, quam quis emendare non
curat, equivalent pecca-
tis malitia?*

*Resp. Aff. Ita S. Thom. 1. 2. q. 78. a.
2. ibi: manifestum est, quod quicunque
peccat ex habitu, peccet ex certa malitia.
Quia peccans ex habitu peccat ex majore
inclinazione, & intensione voluntatis;
nam (ut ait S. Thom.) habitus vertitur
in naturam. Nec consuetudo tollit deli-
berationem saltem citam, quæ sicuti ad
rectè agendum, ita ad actu peccandum suf-
ficit, licet sit imperceptibilis ob facilita-
tem, & promptitudinem agendi; ut patet in
homine assuero ad amandum Deum, qui
audito ejus nomine statim prorumpit in
amorem ex cita deliberatione, ut notat
Suarez. Et quamvis peccaret ex minus
perfecta deliberatione, hoc tamen non mi-
nuit ejus malitiam: quia defectus ille est
ei voluntarius in causa, nempe in consue-
tudine non retractata efficaciter, & in ne-
gligentia illam tollendi. Quam stultè igi-
tur aliqui conantur excusare sua peccata,
eo quod ex pravo habitu oriuntur; cum
inde*

inde augeantur ! unde Conc. Later. 3. c.
7. ait : tanto graviora sunt crimina, quanto
dintius animam infelicem tenuerint.

Q. 5. Ad quid tenetur implicatus consue-
tudine peccandi mortaliter ?

Resp. Tenetur sub mortali illam efficaciter retractare, & emendare. *Est communis.* quia mala consuetudo est occasio proxima, & periculum morale peccandi, imò, & necessitas quedam moralis, in quam homo voluntariè se conjectit: *dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas.* ait S. August. l. 8. Conf. c. 5. quippe consuetudo mala vehementer pertrahit ad similes actus malos. At quisque sub mortali tenetur vitare, & à se removeare occasionem proximam, ac morale periculum peccandi mortaliter ; cùm teneatur velle efficaciter vitare peccatum: alioqui censetur velle, saltem interpretativè, peccatum. Imò talis toties actu peccat, quoties ad pravam illam consuetudinem advertens, non proponit efficaciter illam corrigere. Nam tunc voluntariè retinet in se occasionem proximam peccati, & vult saltem interpretativè in morali periculo peccandi immorari, adeoque vult ipsum peccatum. Adde quòd pravus habitus, quem quis non statim curat eveltere, necessitatem moralem peccandi au-

R 3

geat,